

Anna Dei gratia

Magna Britannia Franciae et Hiberniae Regina Fidei
 Defensor &c. Dilecto nobis Johanni Hall Armigero
 Governatori nostro Provinciae et Territorij nostrorum de
 Maryland in America Salutem ad Cognoscendum
 et procedendum in quibuscumque Causis civilibus et Maritimis
 atque Querelis contractibus delictis seu quasi delictis criminibus
 placitis Debitis ex cambijs computis Chartis partitis conven-
 tionibus litibus Transgressionibus injurijs extorsionibus
 et demandis ac negotijs Civilibus et maritimis motis seu
 movendis quibuscumque inter Mercatores aut inter Dominos
 et Proprietarios Navium et aliorum vasorum et Mercatores
 seu alios quoscumque cum eisdem Dominis et proprietarijs
 navium et ceterorum vasorum quorumcumque infra
 Jurisdictionem maritima Vice Admiraltatis nostrae dictorum
 Provinciae et Territorij nostrorum de Maryland in
 America occupatorum vel usitatorum seu inter
 quascumque alias personas qualitercumque habitis factis
 iuris seu contractis pro aliqua re materia causa vel
 negotio seu Injuria quacumque infra Jurisdictionem nostram
 maritima praedictae expeditis seu expediendis una cum
 omnibus et Singulis suis incidentibus emergentibus
 dependentibus annexis et Connexis causis quibuscumque
 ubicumque seu qualitercumque Rumori causa querela contractus
 et alia praemissa supra dicta vel eorum aliquod oriri
 celebrari contrahi vel fieri contingat Juxta Vera Statuta
 Leges Ordinationes et Consuetudines ab Antiquo observat
 audiendum et terminandum ac insuper in omnibus et
 singulis querelis contractibus Conventionibus ac Causis
 et negotijs civilibus et maritimis ultra mare perficiendis
 ultraque mare Contractis qualitercumque emergentibus seu
 Contingentibus ac etiam in ceteris Causis et materiis omnibus
 et Singulis quae Jurisdictionem maritima Vice Admiraltatis
 nostrae praedictae in dictis Provinciae et Territorio Nostris de
 Maryland ac partibus maritimis eorumque et eisdem adiacent
 quibuscumque quovismodo tangunt seu aliquo modo concernant
 vel ab Antiquo pertinere debuerunt aut Debent et generaliter
 in omnibus et Singulis alijs Causis litibus Criminibus

(Delictis)